



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Sagittariis. Tit. XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

cesserint. Denique Clemens VIII. *sua constit. incip. Illius vices*. Romæ publicata die 2. Septembris. 1592. extendit, & ampliat præd. Concilij Decretum, ac supradictas constitutiones contra pugnautes in duello publicè, vel priuatiim, necnon contra mittentes, scribentes, aut diuulgantes chartulas prouocatorias, aut scripta, quæ dicuntur manifesta, eorumque fautores & complices, quas omnes constitutiones refert Stephan. Quarent. *in summ bullary verbo duellum*. Vide aliqua ad c. 1. de purg. vulg.

4. *Sine victor, sine victus fuerit.* Ergo non satis est prouocatio ad duellum, illiusve acceptatio, vt attento iure huius text. clericus duellum suscipiens suspendendus esset, nisi pugna sequatur, vt Soar. d. *sect. 4. num. 48.*

5. *Deponendus.* Ergo clericus huius criminis reus non est suspensus, vt dicit Syluest. *verbo suspensio vers. 11.* sed deponendus, ex Nauar. *in man. c. 27. num. 156.* quem refert, & sequitur Salzed. ad Bernard. d. cap. 10. 3. *statim in princ.* Peregrin. *de duello quest. 6. num. 5.* Floron. c. 5. n. 2. 2. cum seqq. Bonacin. *de censur. extra Bullam disp. 3. quest. 1. puncto 48. num. 21.* vbi refert Pium IV. priuare beneficium, & dignitatibus, & officiis ecclesiasticis clericum pugnantem in duello, & facere illum inhabilem ad illas, vel alia impofterum obtinenda.

6. *Si cum ipso suis Episcopus, &c.* Hodie per supradictam Clementis VIII. constitutionem à penis excommunicationis maioris, priuationis omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, inhabilitatisque ad illas, & alia in postemum obtinenda, nullus potest absolvere nisi Romanus Pontifex: dubium tamen est an virtute concilij Tridentini *sess. 24. de reform. cap. 6.* possit Episcopus absolvere quando delictum est occultum, vide Bonacin. *de censur. part. 2. quest. 4. puncto 2. n. 15.* vbi affirmatiuè respondet, & in *vers. tertio*, resoluunt Religiosos posse absolvere iuxta sua priuilegia, modò reuocata non fuerint, sicut de facto reuocata fuerunt per Clem. VIII. *in d. sua constit.* de qua suprà mentio facta fuit, quod etiam repetit idem Bonacin. d. *puncto 48. n. 39.*

S V M M A R I V M.

1. Irregularis est clericus non solum si ipse interficit per se, sed etiam si pugil ab eo datus aduersarium occidit.
2. Monachiae purgatio nullo iure permittitur.
3. Irregularitatem non incurrit dans in bello iusto ante conflictum hastam sine ense, siue aliud genus armorum militi pugnanti.
4. Dispensare an possit Episcopus cum homicida voluntario quoad simplex beneficium ostenditur.

CAP. Henricus. II. & fin.

Clemens III.

1. Clericus, qui secundum consuetudinem patriæ in aliqua lite deficiente probationem introducit pugilem, qui in duello pugnet cum litigante, si aliquis interficiatur, est irregularis, quia homicidium committitur non solum factis, sed etiam præcepto, consilio, defensione, cum eo tamen circa beneficium poterit Episcopus dispensare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqui. Innoc. Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Anania, Hostiens. Auch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 132.* Alagona *in compend. iuris Canon. p. 677.* remissiuè Ximen. *in conc. p. 1.* refertur ab Ant. Aug. collect. 2. *Decret. lib. 5. tit. 8. cap. 2.*

Secundum prauam terræ consuetudinem, &c.] Notatur ad hoc quoddam monachiae purgatio nullo iure permittitur, & ideo omnis consuetudo in contrarium inuoluita est, vt per Martin. Delti. *disquisit. magic. lib. 4. c. 3. quest. 4. sect. 2. vers. ut est.*

Licet non ipse, sed alius pro eo, &c.] In bello tamen iusto ante conflictum potest quis absque metu irregularitatis dare hastam, siue ense, siue aliud genus armorum militi pugnanti, Specul. *in tit. de dispensat. §. 4. num. 34.* Tabien. *verbo irregularitas. §. 2. 1. concl. 14.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali. §. 5. num. 115.* Bonacin. *de censuris, disp. 7. q. 4. puncto 4. num. 11.*

Poterit tamen cum eo, &c.] Notatur ad hoc quoddam Episcopus potest cum homicida etiam voluntario quoad simplex beneficium obtinendum dispensare, vt per Gutier. *canon. lib. 1. cap. 13. num. 19.* Farin. *in praxi crimin. part. 5. quest. 119. num. 50.* vbi num. 60. asserit procedere nisi Episcopus dispensaret in præiudicium illius, qui beneficium homicidæ impetrauit, tunc non valet talis dispensatio etiam ante litem pendentiam, ex quo impetranti iam est ius quæsitum ad illud beneficium, & num. 61. dicit secus esse quoad beneficium cum cura animarum, & quoad ministerium Ordinis, & altaris, ad hæc enim non Episcopus, sed solus Pontifex dispensare potest, quod etiam tenent Rebuff. *de pacificis possess. num. 263.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 9. q. 16. num. 52.* & seq. Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 18. q. 2. vers. quæres postremo.* Et iam hodie concil. Trident. *sess. 14. de reformat. cap. 7. is*, qui homicidium voluntarium commisit, nullo tempore ad sacros Ordines promoueri potest, nec illi aliquod Ecclesiasticum beneficium etiam sine cura conferendum, quod ex illo tradunt Gutier. d. *cap. 13. num. 13.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 7. num. 14.* & 15. Farinac. d. *q. 119. num. 62.*

De Sagittariis.

TIT. XV.

SUPER hanc rub. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panorm. Mar. Soc. Petr. de Rauen. *in compendio iuris Canon. Dan. Venat. in analysi methodica iuris Pontificij* *cap. 642.* Goffred. & Host. *in summ huius tit.* Alex. Gallan. & Anast. Germ. *in paratit. ad quinque lib. Decret. Barthol. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. nouissimè Ioan. Honor. lib. 5. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.*

S V M M A R I V M.

1. Excommunicandi sunt balistarii & sagittarii contra Christianos.
2. Sagittarii, seu balistarii qui sunt ostenditur.
3. Lex continens verba solum comminatoria ferendam sententiam nuntiatur.

CAP. Artem. vnic. Honor. III.

Excommunicandi sunt, qui exercent mortiferam Artem balistarum, & sagittariorum contra Christianos, & Catholicos. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqui. Innocent. Collect. Zabarel. Anania, Host. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 133.* Alagona *in compendio*

iuris canonici pag. 678. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 19. c. vnic.

2. *Ballistarium.* De arte ballistariorum vide Sylvest. in summ. verbo *ars* quaest. 3. quem refert Azor. instit. moral. part. 3. lib. 2. cap. 15. in fine. Ballistarii, seu sagittarii sunt certi homines, qui foederantur damoni, eique animae & coporis dominum adducunt, illeque vicissim pollicetur se adfuturum ut quem longissime distulit volent, infallibili ictu traiciant, ita Mall. p. 2. q. 1. c. 16. Martin. Delti. disquisit. magic. lib. 3. c. 1 q. 4. sect. 4. in princip. pag. mihi 109. & Torieblanc in tract. de Magia, lib. 2. cap. 39. ex num. 24. ubi num. 26. subdit quod Diabolus hoc praestare solet ad sacrae parentiae imitationem, dum simili facto propheta Syriam delere profectur Regi Israel. Reg. 4. cap. 13. Tolle sagittas, qui cum tulisset, rursus dixit ei, Percute iaculo terram, & cum percussisset tribus vicibus, & stetit, iratus est vir Dei contra eum. & ait, Si percussisset quingies, aut sexies, aut septies, percussisset Syriam usque ad consummationem, nunc autem tribus vicibus percute eam.

3. In gloss. Sub anathemate, fin. Notatur ad hoc quod quando lex continet verba solum comminatoria, ut si dicatur, sub anathemate, sub poena, sub interminatione, sub distinctione, sub maledictione, &c. tunc est casus ferenda sententiae, gloss. similis verbo sub interminatione in cap. sicut il. 2. de simon. Cast. de potestate legis poenalis lib. 2. cap. 1. vers. prima regula, Tiraquel. in l. si unquam verbo reuertatur num. 254. 255. & 260. Ludovic. Carbon in tract. de legibus lib. 8. disp. 6. in princip. vers. prima. plures quos refert, & sequitur Cened. ad Decretal. collect. 38. num. 2. quibus adde Butr. decis. 129. part. 3. secundum 1. impress. Hentiq. in summ. lib. 13. de excommunicat. c. 10. num. 1. Fr. Etmann. in sum. tom. 1. c. 74. num. 3. Spin. in speculo testam. gloss. 11. rubr. num. 41. Menoch. de praesumpt. lib. 5. praesumpt. 49. num. 13. Sayr. in claus. Regia lib. 3. c. 8. num. 19. Monet. de distribut. quotid. part. 4. quaest. 6. num. 5. qui hoc limitant, quando simul cum his verbis apponerentur alia importantia latam sententiam, ut si dicatur, sub poena excommunicationis, quam statim contraveniendo incurras, quam ipso facto incurras, &c.

De Adulterio, & stupro.

TIT. XVI.

SUPER hanc rub. scripserunt Zabarell. Anch. Butr. Ioan. Andr. Panorm. Mari. Soc. Guillelm. Durand in Breniario seu eo iuris Canon. fol. 141. Petr. de Rauenna in compendio iuris Canon. Martin. Mefnart. in epitome Decretal. fol. 184. verso, Dan. Venat. in analysi methodica iuris Pontifici pag. 643. Goffred. & Host. in summ. huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germ. in paratilis ad quinque lib. Decretal. Lancellot. in institut. Canon. Barthol. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. Zipæ. in analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. p. 398. Canis. in summa iuris Canon. Cafarel. in erotem. eiusdem iuris novissime Ioan. Honor. lib. 5. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

De adulterio, eiusque poenis, vide apud Lusitan. Ord. Regiam lib. 5. tit. 25. ubi notat parens meus, & apud Castellanos tit. 17. part. 7. ubi Greg. Lopez, & tit. 7. de los adulteros lib. 4. leg. fori. & tit. 15. lib. 8. Ordin. ubi Perez, & tit. 20. lib. 8. nona recopil. ubi Azcued. Clar. in pract. 6. adulterium, Anton. Gomez l. 80. Tauri num. 46. cum segg. Bermond. de publicis concubin. tit. de

adulter. Vela de delictis cap. 1. Menoch. de arbit. casu 419. & conf. 31. num. 4. cum segg. Mascard. de probat. conclus. 57. Vivian. Soar. Kirchou. & alios tom. 2. commun. opinion. lib. 9. tit. 7. pag. 464. Petr. Cabell. resolut. crimin. casu 200. Ceual. comminatio contra cenam, quaest. 734. Cardof. in praxi iudicum, verbo adulterium Pradill. in summa legum poenal. part. 1. cap. 9. Don. Christoph. de Pace in scholis ad leges styli il. 61. a princip. & l. 93. Farin. in praxi crimin. quaest. 141. & 142. Molin. de instit. tom. 4. tract. 3. disp. 89. cum segg. Azor. instit. moral. part. 3. lib. 3. cap. 7. & 8. Hortens. Caualean. de brevis Regio part. 1. num. 282. vers. in summa Et de poenis contra adulteros apud varias nationes nuncupatim Christoph. de Pace d. l. 62. a princip. Sayr. in claus. Regia lib. 8. cap. 3. num. 3. & 4. Farin. d. quaest. 140. num. 11. Peneda de Societate Iesu tom. 2. in Iob. cap. 31. vers. 12. pag. mihi 522. Aloyf. Riccius in collect. decis. p. 1. collect. 35. De huius criminis gravitate, & atrocitate, vide Perez l. 2. verbo de fizioe adulterio tit. 15. lib. 8. Ordinum pag. 288. Menoch. conf. 31. num. 2. cum segg. Spin. in speculo testam. gloss. 17. princ. a num. 77. Ceual. d. quaest. 744. num. 8. & 9. Peneda in vita S. Ioannis Baptiste lib. 3. art. 1. cap. 1. pag. 13. Farin. d. quaest. 141. a princip. Galgancet. de iure publico lib. 1. tit. 35. num. 36. cum segg. usque ad finem.

De stupro vide Clar. in pract. s. stuprum, Bermond. de publicis concubin. tit. de stupro, Conlad. in pract. tit. de stupratoribus. Petr. Gregor. synagm. iuris lib. 30. c. 5. de stupro Cardof. in praxi iudicum verbo stuprum. Sayr. in claus. Regia lib. 8. cap. 4. num. 9. cum segg. Azor. instit. moral. part. 3. lib. 3. cap. 11. Farinac. in praxi crimin. quaest. 147. Bernard. & Salzed. in pract. cap. 86. in noviss. edit. Bellet. disquisit. cleric. part. 1. tit. de favore clericali §. 4. a num. 116. Galgancet. d. tit. 35. a princip. usque ad num. 36.

SVMMARIVM.

1. Virginem stuprans tenetur eam dotare, & ducere in uxorem.
2. Virginem carnaliter cognoscens absque seductione, non tenetur eam dotare.
3. Minor virginem stuprans poena huius cap. tenetur.
4. Virginitas quomodo probetur, remissive.
5. Stuprate asserenti se virginem tempore stupri creatum cum iuramento.
6. Scholaris incipiens corrumpere virginem, sed non proficiens, non tenetur de desolatione.
7. Virginem corrumpens an copulatione tenetur eam dotare, & in uxorem ducere remissive.
8. Virginem stuprans nondum viripotentem, qui poena puniatur, ostenditur.
9. Virginem viri vilis, & minus honesta stuprans non tenetur de stupro.
10. Doctores referuntur de furo feminarum multa scribentes.
11. Stuprum in caupona famulam commissum non est punibile propter vilitatem officij.
12. Dos mulieris propter stuprum praestanda quomodo agnoscenda, ostenditur.

CAP. Si seduxerit.

Virginem non desponsatam seducens, & dormiens cum ea, dotabit illam, & habebit eam in uxorem, & si pater originis nolit eam dare, dotabit eam, secundum morem regionis. Colligunt ex Ordine Abb. antiqui. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania. Hostiens. Butr. Anchor. Panorm. Mar. Socin. Cened.